



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Roberti Tvrneri Viri Doctissimi Professoris In Academia  
Ingolstadiensi Orationvm. Volvmen ...**

**Turner, Robert**

**Coloniae Agrippinae, 1625**

12. Ante disput. Philosoph. ad Cardinalem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69519](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69519)

confirmavit, illas stulta peruicacia vocat in disceptationem, nec disceptat vnquam: de sole sunt tenebræ, an luceat; de niue sunt turbæ, an albear: quid solem abscurum, niuem nigram loquor? potest vel ille non lucere, vel hæc non albere: nouæ nunc scholæ antiquæ parturiunt monstrum: quod? Sciunt quidam non esse scientiam: si sciant, vincuntur esse scientiam: si non sciant, cur sunt stulte obstreperi? . . . . .

*Cætera desunt.*

ROBERTI TURNERI  
ORATIO XII. ROMÆ AD ILLUM  
Illustrissimum Cardinalem N. ante disputationem Philosophicam.

**E**T si natura res vniuersas machinata est ea siue te affabre, vt mireris formam; siue cura beneuolentia vt ames indulgentiam: tamen semper Patrum memoria fuerunt, ac hac nostra ætate sunt, qui huius temporis artificis perpulchras effigies oratione defigunt, seu potius indulgentissimæ matris singulari beneuolentiam incesto ore turpissime polluant: clamant Anaxander naturam esse imbecillem, quod hominem quendam quasi sui aureum partem tot mortis generibus exposuerit, vt aliter eum non videatur potuisse munire: ridet Democritus naturam esse stultam quod hominis vitam ineptiis quibusdam ac nugis conferserit, ac vndique impleuerit, vt videatur iam contempsisse non mundum ad hominis dignitatem, sed periculum naniarum quoddam instituisse theatrum ad deorum spectaculum. Plorat Heraclitus naturam esse miseram, quod vita hominis tot vndique malis tanquam spinis implicata est ac intersepta: vt videatur hic mundus non alio nomine tanta varietate pietus bellus quam vt omnium malorum lerna in eo rectius inleui latere

*Variorū  
Philosophorum  
de natura  
opinionēs  
diuersæ.  
Democriti.  
Heracliti*

lateret ad fraudem: latrat Diogenes naturam esse ca-  
 cam, quæ non viderit hominem ita suis præfidiis abun-  
 de instructum, ut non egeat aliena ope aut palatii ad  
 habitationem, sufficere dolium; aut pecuniæ ad com-  
 mercium, sufficere herbam; aut potuli ad potum, suf-  
 ficere palmam: sed non moueremur aut Anaxandri fu-  
 rris, agitati male sano cerebro, aut Democriti splenis  
 effusione abrepti insana voce, aut Heracliti ex Melan-  
 choliæ colluione ficti stupida oratione, aut Diogenis  
 ex fellis acerbitate concreti cynica rabie; nisi illa de-  
 nuo audiretur Philosophorum grauior vox accusan-  
 tium naturam stultitiæ, quod bestiis (quibus vitæ nul-  
 lus est fructus, nisi ad sensum ac immanitatem) maxi-  
 mum circumscripsit vitæ curriculum, hominibus  
 perexiguam quidem ac pene nullam, quod in Philo-  
 sophia ac rerum diuinarum commentatione defige-  
 rent. Sed quæ demum est hæc accusatio? qua non tam  
 natura perstringitur, quam Deus naturæ author vio-  
 latur? aut quod habet hæc accusatio firmamentum,  
 cum qui conqueruntur de breuitate vitæ, sic helluan-  
 tur, sic bacchantur, sic in aliis volutantur vitiis, ut  
 longiorem vitam videantur optare, non alio nomi-  
 ne quam ut belluari largius, bacchari liquidius, ac  
 in reliquis vitiis turpius ac diutius possint voluta-  
 ri ad maiorem Dei iram deriuandam in mundum.  
 Quid? quod quantulumcunque ipsis impertitum est  
 temporis, illud ipsi sibi præcidant ac faciunt angu-  
 stius? nam plures huiusmodi extinxit socordia, plures  
 crapula, plures libido, quam natura; ut si breue illis vi-  
 tæ spatium definiert natura, breuiori sane sunt digni:  
 quanquam quomodo est vita breuis? est breuis, sed bre-  
 uis sceleratis: est breuis, sed breuis iis, qui animi vel  
 frangunt vires, vel euertunt commendationem volu-  
 ptate ac delitiis: non fuit breuis Platoni, non Aristoteli,  
 non iis, qui diuinam sui partem ita virtute excolue-  
 runt ac Philosophia, ut illorum & animos excipiat  
 cælum,

*Diogenis*

*Deum nat-  
 uræ au-  
 thor.*

*Homines  
 sibi exitio  
 sunt non  
 natura.*

*Vita so-  
 cordibus  
 breuis, di-  
 ligenti-  
 bus longa*

f

cælum,

coelum, & nomina immortalitas. Vnde illi senserunt  
 rectius, qui rem veritatis ac rationis pendentes potius  
 in rebus vitæ longitudinem sibi statuerunt ponendam  
 quam in annorum metiendo numero, quam in virtutibus  
 ac philosophiæ imbibenda cognitione: inter quos  
 nullus mihi locus iure concedi debet, tamen maximam  
 totius naturæ architecto gratias ago, quod hanc meam  
 ætatem per paucorum adhuc annorum septem terminis  
 sic posuerim in philosophicis, ut ad fructum laborum  
 animi voluptatem, vitam non optarem longiore  
 nam post multos annos nec audebam optare, nec pro  
 ram sperare tam vberem meorum laborum fructum  
 ut te haberem (Illustrissime Cardinalis) meæ pugne  
 non dico disceptatorem, ac iudicem, sed fautorem  
 beneuolum inspectorem, cuius domus sic toti Ecclē  
 siæ patuit oraculum, ut & Peripateticis fuerit Lyceum  
 & Platonice Academia, & Bipontinis pulpitum,  
 Iouis theatrum, & Ganibaris Parnassus quidam,  
 potius Elysæus campus, virtutum tanquam floribus  
 varietate peregregie distinctus: O me in hac meæ  
 puerili ætate bene senem Philosophum, sed Philo  
 sophum ingenio ac doctrina tenuem, senem tuo bene  
 ficio (Cardinalis Illustrissime) fœlicem, ut qui an re  
 mines pene fecisti Deos, nunc quasi Deus quidam  
 hominem adolescentem feceris, fœlicem senem,  
 tuam singularem laudem egregie, & ad meam  
 vitam voluptatem fœliciter, & ad eorum, qui breui  
 te vitæ ac longitudine, merientes annos, non fœli  
 te ac doctrina naturam accusant falsò, refutanda  
 multam orationem, diuine. Sed expecto aduersari  
 tu (Illustrissime Cardinalis) ad sis huic certamini  
 spector, aut si mauis disceptator ac iudex,

nam te iudice, saluum me.

*Dixi.*

ROBE